

sum, ut intelligerent scripturas¹⁵. Verum hoc de preteritis. Nam^l que^l futura erant in testamento novo, intus consistebant in nucleo^m, sciri etⁿ discuti^a necdum poterant, nisi modo in spiritu prophetie. Sed et futurum non^o erat, quod^p ipsi iam cernimus, ut aliquis post apostolos et evangelistas mitteretur propheta, qui historias ecclesiasticas, quasi designaturas^q aliquid, ut
80 olim in veteri fiebat^r, colligeret, ne liber ad contemplandum populus, ut olim Iudeorum, manere cogeretur sub pedagogo¹⁶. Ubi enim prophetie spiritus^s loquitur, speculator scripturarum comprimitur, et presumere iam quicquam, veluti potestate^t quadam^u obumbratus, pallescit^v. Inde est^w illud, quod de sanctis animalibus dicitur: *Cum autem fieret vox super firmamentum, quod imminebat capiti eorum, stabant et submittebant alas suas*¹⁷.
85 Quando enim ad^x contemplanda secreta penetramus misteria, ac si quibusdam pennis ad celi altiora levamur, sed mox, ubi vox^y super firmamentum insonat, alas deponimus, quia necesse est, ut homo, quantacunque plenus sit gratia, sileat, ubi spiritus^z ipse^a loquitur, et^b vocem suam comprimat^c.
90 Licet ergo^d sancta animalia pennas habeant ad contemplandum, quibus ea, que infra^e firmamentum^e sunt posita, hoc est infra^f sacrarum^g scripturarum^h volumenⁱ, intelligere possint^k, cum tamen vox^l fit^m superⁿ firmamentum, alas submittunt, quia, si quando prophetie spiritus aliquid per^o prophetas loquitur, quod in sacris codicibus non habetur, mox a^p sua contemplatione quiescunt, et, ut honor detur spiritui sancto, a sua mox libertate succumbunt. Verum hoc in testamento novo raro contingit^q rariusque recipitur, ut et liberum^r sit nobis contemplando proficere et falsorum^s prophetarum nenias^t devitare possimus. Huius itaque rei gratia ille debuit
95 generalem prophetiam ad noscenda^u exercitia huius temporis scribere, quem^v mundus pene totus Christi esse dilectum et celestis aule camerarium agnovit^w, ut sciret christianorum ecclesia prophanas novitates exclude-

l) namque que AC. m) inicio BDE. n) et in deserti (*schwer lesbar*) E. o) fehlt AC. p) ut D. q) designaturus A. r) fiebant A. s) spiritu C. t) parte D. u) quidam B. v) so ABCD. Ein späterer Korrektor hat in A am Rande notiert: pavescit. w) fehlt AC. x) fehlt E. y) fehlt B. z) folgt sanctus E. a) fehlt B. b) fehlt ACDE. c) fehlt ACDE. d) igitur C. e) in firmamento E. f) in B. g) sacrum BE. h) folgt sacrarum D. i) volumus D. k) possunt B; positum D. l) nichil B. m) sit ABE. n) supra AC. o) ad E. p) in E. q) contigit E. r) absolutum B. s) philosophorum B. t) venias D. u) agnoscere et AC (angn. C). v) quod B. w) cognovit B.

¹⁵⁾ vgl. Luc. 24,27.

¹⁶⁾ vgl. Gal. 3,24f.

¹⁷⁾ Ezech. 1,25; vgl. 10,1.